



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 52. Horum colloquiorum exitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

vertat, nescius, conditionatam, & re- Sæc. XVII.  
A.C. 1715.  
strictivam approbationem permitti pe-  
tit, cum autem ejusmodi acceptatio-  
nis vestigium nec in Gallicani Cleri ac-  
ceptatione, nec conditionatæ acceptatio-  
nis umbram in prætensa relatione depre-  
henderet, receptui canere cogebatur.

A.C. 1715.

§. LII.

### *Horum colloquiorum exitus.*

Priusquam hæc colloquia finirentur, *Lafitean l.c.*  
Cardinalis Ferrarius mortalitatem *pag. 219.*  
exuit, & summus Pontifex Tolomeo  
Cardinali præcepit, ne ultra cum Ab-  
bate Chevaliero conferret; eo quod hæc  
colloquia, quamvis jam per longius  
tempus habita essent, nullam optati  
successus spem reliquam facerent, &  
aliunde Chevalierus, etsi malignis ar-  
tibus uteretur, ad tantas tamen re-  
dactus esset angustias, ut a sua peti-  
tione ignominiose desistere coactus suis-  
set: Insuper nuntiatum erat Pontifici,  
quod hic idem Abbas Romam duntaxat  
venisset, ut totidem evomeret calumnias  
contra Bullam, quot Pontifex contra  
Cl. Quesnelli Propositiones vibrasset  
censuras, & Romæ cum Quesnelli fau-  
toribus clandestina, crebraque haberet  
conventicula, in quibus Bullam longe  
atrocioribus contumeliis, ludibriis,

R<sub>2</sub> pro-

Sæc. XVIII. probrisque, quam Genevæ a Calvini  
A.C. 1716. nis fieri posset, fæde proscindebat

Acrius vero ussit Pontificem, qui  
hic Abbas Parisios die decima octaua  
Augusti perscriptisset, Tolomeum Ca-  
dinalem propugnare, quod hæc Bulla  
non esset Regula fidei, sed duntam  
disciplinæ: & Pontifex eam agendi re-  
tionem tenuerit, quam olim Papa De-  
masus circa tres Hypostases, atque  
unice has centum & unam proposi-  
tiones proscriptiferit, quia Novatores eam  
verba in reprobum sensum detorquendam  
ansam inde arripuerint. Hæc a Cheval-  
ro reapse Roma Parisios fuisse perscripta  
non modo communis tam in Aula, qua  
in Urbe rumor testabatur, sed luculentius  
comprobatum reddebant plures  
ipsius Abbatis literæ, quarum una  
Mense Septembri ipsem Regum  
Regens Petro Francisco Lafiteau po-  
ea Sistericensi Episcopo exhibuit  
cum insuper notum esset, quod idem  
Abbas & nonnulli utriusque Cleri Se-  
cerdotes singulis ferme diebus in Eo  
Minimorum Monasterio SS. Trinitatis  
de Montibus convenirent, ibidemque  
in Bullam effræni licentia, aesi Lou-  
dini vel Amstelodami morarentur, Ro-  
mæ inveharent, hinc Pontifex S. Offi-  
cii decreto præcepit, ut ad Inquisitio-  
nis tribunal omnes illi deferrentur, quæ  
contra

contra Bullam blasphemias, satyras- Sæc. XVIII.  
que evomere, deprehensi fuerint. Hac A. C. 1716.  
feveritate horum conventicula fuere  
dissipata, &, quamvis sentiendi liber-  
tatem non exuerint, caute tamen lo-  
qui & agere coacti sunt.

### §. LIII.

*Cardinalis Noaillii atque Opponen-  
tium inquietudo ob finitrum ne-  
gotiationis suæ successum.*

Postquam certus constansque rumor  
attulerat, quod Chevallerii artes  
detectæ, atque excogitata fictæ recon-  
ciliationis media Romæ fuissent rejecta,  
hæc ipsa consiliorum frustratio Oppo-  
nentibus Episcopis magnum attulit do-  
lorem: Valebat tamen nonnihil ad an-  
gorum laxamentum jactata spes, se  
absdubio votis damnandos, si eorum  
preces ad ipsius Pontificis aures de-  
ferrentur: Eapropter tam ipsi, quam  
Cardinalis Noaillus Tremollium Car-  
dinalem crebris literis fatigabant, ut  
a Pontifice obtinerent, quatenus Abba-  
tem Chevalierum vel semel tantum ad  
alloquium admittere vellet: nimis e-  
nim esse molestum, perscribebat Noail-  
lius, quod Pontifex Præsulum rationes  
excipere recusaret. Cessit eorum im-  
portunitati Tremollius; ast Pontifex

R 3 pa-